

tamen non dubium est, quin etiam ad illam intermedie solitudinis vastitatem prophetiam suam accomodet. *CONFLERE IN EQUABLEM*, etc.; Græc.: *Implere valles ad aquandam terram*. Inæquabilem enim et præruptam terram faciunt montium altitudo et summissio dejectioque vallium; itaque illa tunc in planitiem exaquatur cum montes deprimmuntur et valles complentur atque extolluntur. *UT ISRAEL TETUM ITER CUM GLORIA DEI HABEAT*. Græc.: *Ut eat Israel tutò gloriâ Dei*, id est, sine illo periculo, in quo gloria Dei conspicietur sive (ut ait Isaias) revelabitur.

VERS. 8. — ARBORESQUE ODORE SUAVISSIMO, etc. Græc.: *Et omne lignum fragantia*, id est, suavem spirans odorem. *LIGNUM* autem dicit more Hebræorum, à quibus *hæc pro arbore* accipitur et dicitur. Quidam codices legunt *omnis arbor suavè olens*. *SUAM ISRAEL UBRAM PRÆBERUNT A DEO*, etc.; Græc.: *Obumbrârunt Israel mandata Dei*. Quidam codices legunt *exaltârunt*, quemadmodum Psal. 114, 4, dicit *montes subsistisse tanquam arietes*, cum populus ex Ægypto educeretur. Sed altera lectio de *umbrâ sylvarum* mihi magis placet. Nam in primâ illâ redemptione nubes opaca populo adversus solis ardorem commodum iter præbuit, ita sylva et arbores eandem itineris commoditatem exhiberunt.

VERS. 9. — ET EA JUSTITIA QUÆ, etc.; Græc.: *Et justitiâ quæ est ab ipso*, id est, quæ ab eo profecta erga populum suum *cognoscatur*, in quo justitia et misericordia, ut idem propè significantia, conjunguntur.

CASTELLIO

VERS. 6. — SUBLIMIS. Honorificè gestatos.

GROTHUS

VERS. 1. — INDEU TE DECORE ET HONORE. Lævis vestibus: de quibus supra, 4, 20.

CAPUT VI.

Exemplar epistolæ quam misit Jeremias ad abduendos captivos in Babyloniam à rege Babyliorum, ut annuntiaret illis secundum quod præceptum est illi à Deo.

1. Propter peccata, quæ peccastis ante Deum, abducemini in Babyloniam captivi à Nabuchodonosor rege Babyliorum.

2. Ingressi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis, et temporibus longis, usque ad generationes septem: post hoc autem educam vos inde cum pace.

3. Nunc autem videbitis in Babylonâ deos aureos, et argenteos, et lapideos et ligneos, in humeris portari, ostentantes metum gentibus.

4. Videte ergo ne et vos similes efficiamini factis alienis, et metuat, et metus vos capiat in ipsis.

5. Visa itaque turba de retro, et ab ante, adorantes, dicite in cordibus vestris: Te oportet adorari, Domine.

6. Angelus enim meus vobiscum est: ipse autem exquiram animas vestras.

7. Nam lingua ipsorum polita à fabro: ipsa etiam

VERS. 2. — DIPLOIDE JUSTITIE. Ex Job. 29, 14, *diploides* in his libris vestes suffragæ pellibus aut re aliâ. Respondet plerumque Hebræo *mei* quæ vestis regni et prophetarum. *JUSTITIA* ita orabit urbem ut matronas diploide. *ET IMPONET MITRAM CAPITI TÛO HONORIS ÆTERNI*. Bona fama erit pro mitra; quæ matronarum capita ornabantur, Ezech. 26, 16, in Græco Judith. 46, 6.

VERS. 4. — PAX JUSTITIE. Quia pax justitiam sequitur, Psal. 85, 10. *ET HONOR PIETATIS*. Pietatem sequitur bona fama. Nomina hæc significant elogia, quæ meritò ei dari poterant. Sic et Isa. 1, 26, et 61, 5.

VERS. 5. — ET CIRCUMSPICE. Repetitur ex his quæ supra 4, 56. *GAUDENTES DEI MEMORIA*. Deum commemorando.

VERS. 6. — EXIERUNT ENIM ADS TE PEDIBUS DUCTI AB INIMICIS. Acti ut pedibus irent. *PORTATOS IN HONORE Sicut filios regni*. In curticis et lecticis, quomodo vectari solent viri è regio genere. Idem sensus Isa. 49, 22.

VERS. 7. — CONSTITUIT ENIM DEUS HUMILIARE OMNEM MONTEM EXCelsUM ET RUPES PERENNES, ET CONVALLIS REPLERE IN ÆQUALITATEM TERRÆ. Isa. 40, 4. Vide quæ dicta ad Luc. 5, 4. *UT ANTELET ISRAEL DILIGENTER*. Græc., *securè*.

VERS. 8. — OBUMBRaverunt AUTEM ET SYLVA. Legit *Obumbraverunt pro quo nos habemus subsistendum*: ut solet fieri curticibus prætervehentibus. Ex Psal. 96, 12.

VERS. 9. — ADDUCET ENIM DEUS ISRAEL. Græc.: *Ducetur autem populus Israel*. *CUM MISERICORDIA ET JUSTITIA QUÆ EX IPso EST*. Per Dei misericordiam æ bonitatem talia procurantem.

CHAPITRE VI.

Copie de la lettre que Jérémie envoya aux captifs que le roi des Babyloiens devait emmener à Babylone, pour leur annoncer ce que Dieu lui avait ordonné de leur dire.

1. Vous serez emmenés captifs à Babylone par Nabuchodonosor, roi des Babyloiens, à cause des péchés que vous avez commis devant Dieu.

2. Etant donc entrés à Babylone, vous y serez long-temps et pendant plusieurs années, jusqu'à sept générations; après cela je vous en ferai sortir en paix.

3. Mais maintenant vous verrez à Babylone des dieux d'or et d'argent, de pierre et de bois, que l'on porte sur les épaules, et qui se font craindre par les nations.

4. Prenez donc bien garde à ne pas imiter la conduite de ces étrangers, à ne point craindre ces dieux, et à ne pas vous laisser surprendre par cette frayeur.

5. Lorsque vous verrez une foule de peuple devant et derrière, qui adore ces dieux, dites en votre cœur: C'est vous, Seigneur, qui'il faut adorer.

6. Car mon ange est avec vous, et je serai moi-même le défenseur et le vengeur de votre vie.

7. La langue de ces idoles a été taillée par le sculpteur, celles mêmes qui sont couvertes d'or et

inaurata et inargentata, falsa sunt, et non possunt loqui.

8. Et sicut virgini amanti ornamenta: ita accepto auro fabricati sunt.

9. Coronas certè aureas habent super capita sua dii illorum: unde subtrahunt sacerdotès ab eis aurum et argentum, et arrogant illud in semetipsis.

10. Dant autem et ex ipso prostituti, et meretrices ornant: et iterum cum receperint illud à meretricibus, ornant deos suos.

11. Hi autem non liberantur ab æruginè et tinea.

12. Operis autem illis veste purpureâ, extergunt faciem ipsorum propter pulverem domus, qui est plurimus inter eos.

13. Sceptrum autem habet ut homo, sicut judex regionis, qui in se peccatorem non interficit.

14. Habet etiam in manu gladium et securim: se autem de bello et à latronibus non liberat: unde vobis notum sit, quia non sunt dii.

15. Non ergo timeritis eos: sicut enim vas hominis contrafactum inutile efficitur, tales sunt et dii illorum.

16. Constituti illis in domo, oculi eorum pleni sunt pulvere à pedibus introeuntium.

17. Et sicut alicui regem offendit, circumseptæ sunt janua, aut sicut ad sepulcrum adductum mortuum: ita tutantur sacerdotès ostia clausuris et seris, ne à latronibus exposuerint.

18. Lucernas accendunt illis, et quidem multas, ex quibus nullam videre possunt; sunt autem sicut trabes in domo.

19. Corda verò eorum dicunt elingere serpentes, qui de terrâ sunt, dum comœunt eos; et vestimentum ipsorum, et non sentiunt.

20. Nigrae fiunt facies eorum à fumo, qui in domo fit.

21. Supra corpus eorum et supra caput eorum volant noctuæ, et hirundines, et aves etiam similiter et calæ.

22. Unde sciatis quia non sunt dii; ne ergo timeritis eos.

23. Aurum etiam quod habent, ad speciem est: nisi aliquis exterserit æruginem, non fulgebunt; neque enim dum conflarentur sentiebant.

24. Ex omni pretio empta sunt, in quibus spiritus non inest ipsis.

25. Sine pedibus in humeris portantur, ostentantes ignobilitatem suam hominibus: confundantur etiam qui colunt ea.

26. Propterea si ceciderint in terram, à semetipsis non consurgunt: neque si quis cum statuerit rectum, per semetipsum stabit: sed sicut mortuis munera eorum illis apponentur.

27. Hostias illorum vendunt sacerdotès ipsorum, et abutuntur: similiter et mulieres eorum deceptas, neque infirmo, neque mendicanti aliquid impertunt.

28. De sacrificiis eorum fetæ et menstruate con-

d'argent n'ont qu'une fausse apparence, et elles ne peuvent point parler.

8. Comme on fait des ornements à une fille qui aime à se parer; ainsi, après avoir fait ces idoles, on les pare avec de l'or.

9. Les dieux de ces idolâtres ont des couronnes d'or sur la tête; mais leurs prêtres en retirent l'or et l'argent, et s'en servent eux-mêmes.

10. Ils donnent de cet or à des impudiques, et ils en parent des prostituées: après que ces mêmes prostituées leur ont redonné, ils en parent encore leurs dieux.

11. Ces dieux ne sauraient se défendre ni de la rouille ni des vers.

12. Après qu'ils les ont revêtus d'un habit de pourpre, ils leur nettoient le visage, à cause de la grande poussière qui s'élève au lieu où ils sont.

13. L'un porte un sceptre, comme un homme, comme un gouverneur de province; mais il ne saurait faire mourir celui qui l'offense.

14. L'autre à une épée et une hache à la main; mais il ne peut s'en servir pendant la guerre, ni s'en défendre contre les voleurs; ce qui vous fait voir que ce ne sont point des dieux.

15. Ne craignez donc point ces dieux des nations; car ils sont semblables à un pot de terre, qui, ayant été cassé, n'est plus bon à rien.

16. Après qu'on les a placés dans une maison, la poussière qui s'élève des pieds de ceux qui y entrent leur couvre les yeux.

17. Et comme un homme qui a offensé un roi, est renfermé sous beaucoup de portes, et un mort dans son sépulcre; ainsi les prêtres de ces dieux les renferment sous beaucoup de serrures et de verroux, de peur que les voleurs ne viennent les emporter.

18. Ils allument devant eux des lampes, et en grand nombre; mais ces dieux ne peuvent en voir aucune; et ils sont comme des poutres dans une maison.

19. Ils disent que les serpents nés de la terre leur léchent le cœur, lorsqu'ils les rongent effectivement, eux et leurs habits, sans qu'ils le sentent.

20. Leurs visages sont noircis par la fumée qui s'élève dans la maison où ils sont.

21. Les hiboux, les hirondelles et les autres oiseaux volent sur leurs corps et sur leurs têtes, et les chats y courent aussi.

22. Reconnaissez donc que ce ne sont point des dieux; et ne les craignez point.

23. Aussi l'or qu'ils ont n'est que pour l'apparence, si on n'en ôte la rouille, ils ne brilleront point; et lorsqu'on les a jetés en fonte, ils ne le sentaient point.

24. On les a achetés à grand prix, quoiqu'il n'y ait point de vie en eux.

25. Comme ils n'ont point de pieds, ils sont portés sur les épaules, et ils font voir eux-mêmes devant tout le monde leur honteuse impuissance: que ceux qui les adorent sont couverts de confusion.

26. S'ils tombent aussi en terre, ils ne se releveront pas eux-mêmes; et si on ne les redresse, ils ne se tiendront pas sur leurs pieds; mais il faut leur apporter, comme à des morts, les dons qu'on leur offre.

27. Leurs prêtres vendent leurs hosties, et en disposent comme il leur plaît; leurs femmes en prennent aussi tout ce qu'elles veulent sans en rien donner aux pauvres et aux mendians.

28. Les femmes touchent à leurs sacrifices, étant grosses et dans leurs infirmités mensuelles. Puis donc

tingunt. Scientes itaque ex his quia non sunt dii, ne timeatis eos.

29. Unde enim vocantur dii? quia mulieres appoint diis argenteis, et aureis et ligneis:

30. Et in domibus eorum sacerdotes sedent, habentes tunicas scissas, et capita et barbam rasam, quorum capita nuda sunt.

31. Rugiunt autem clamantes contra deos suos, sicut in cœna mortui.

32. Vestimenta eorum auferunt sacerdotes, et vestiunt uxores suas et filios suos.

33. Nequissimi quid mali patiuntur ab aliquo, neque si quid boni, poterunt retribuere: neque regem constituere possunt, neque auferre.

34. Similiter neque dare divitias possunt, neque malum retribuere: si quis illis votum voverit, et non reddiderit, neque hoc requirunt.

35. Hominem à morte non liberant, neque infirmum à potentiore eripiunt.

36. Hominem cæcum ad visum non restituant: de necessitate hominem non liberant.

37. Viduæ non miserantur, neque orphanis benefaciunt.

38. Lapidibus de monte similes sunt dii illorum, lignei, et lapidei, et aurei, et argentei: qui autem colunt ea, confunduntur.

39. Quomodo ergo æstimandum est, aut dicendum illos esse deos?

40. Adhuc enim ipsi Chaldæis non honorantibus ea: qui cum audierint mutum non posse loqui, offerunt illis ad Bel, postulantes ab eo loqui;

41. Quasi possint sentire qui non habent motum: et ipsi cum intellexerint, relinquunt ea: sensum enim non habent ipsi dii illorum.

42. Mulieres autem circumdate funibus in viis sedent, succedentes ossa olivarum.

43. Cum autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo transeunte dormierit cum eo, proxime suæ exprobrat quod ea non sit digna habita, sicut ipsa, neque funis ejus disruptus sit.

44. Omnia autem que illis fiunt, falsa sunt: quomodo æstimandum aut dicendum est, illos esse deos?

45. A fabricis autem, et ab aurificibus facta sunt: nihil aliud erunt, nisi id quod volunt esse sacerdotes.

46. Artifices etiam ipsi qui ea faciunt, non sunt multi temporis: nunquid ergo possunt ea que fabricata sunt ab ipsis, esse dii?

47. Relinquentur autem falsa et opprobrium postea futuris.

48. Nam cum supervenerit illis prelium et mala, cogitant sacerdotes apud se, ubi se abscondant cum illis.

49. Quomodo ergo sentiri debeant quoniam dii sunt, qui nec de bello se liberant, neque de malis se eripiunt?

50. Nam cum sunt lignea, inaurata et inargentata, scietur postea quia falsa sunt ab universis gentibus

que toutes ces choses font voir que ce ne sont pas des dieux, ne les craignez point.

29. Car pour quoi les appelle-t-on des dieux? sinon parce que les femmes viennent offrir des dons à ces dieux d'argent, d'or et de bois;

30. Et que leurs prêtres sont assis dans leurs temples, ayant des tuniques déchirées, la tête et la barbe rase, et ayant la tête nue.

31. Ils rugissent, en criant devant leurs dieux, comme aux festins qu'on fait pour les morts.

32. Leurs prêtres leur ôtent les vêtements qu'on leur a donnés; et ils en habillent leurs femmes et leurs enfants.

33. Qu'on leur fasse du mal, ou qu'on leur fasse du bien, ils ne peuvent rendre ni l'un ni l'autre; ils ne peuvent faire un homme roi, ni lui ôter la couronne.

34. Ils ne peuvent non plus donner les richesses, ni rendre le mal. Si un homme, leur ayant fait un vœu, ne s'en acquitte point, ils ne lui feront aucune peine pour cette injure.

35. Ils ne savent personne de la mort, et ils ne délivrent point les faibles de la main du plus puissant.

36. Ils ne rendent point la vue à l'aveugle, et ils ne tireront point l'homme de la misère.

37. Ils n'auront point de compassion pour la veuve, et ils ne feront point de bien aux pupilles.

38. Ces dieux qu'ils honorent sont semblables à des pierres qu'on tire d'une montagne; ce sont des dieux de bois, de pierre, d'or et d'argent: ceux qui les adorent seront couverts de confusion.

39. Comment donc peut-on les croire ou les appeler des dieux?

40. Les Chaldéens les déshonorent eux-mêmes; car, lorsqu'ils ont appris qu'un homme est muet et ne parle point, ils l'entraînent à Bel, et lui demandent qu'il lui rende la parole;

41. Comme si des idoles immobiles pouvaient avoir aucun sentiment. Lors donc qu'ils se seront aperçus de leur impuissance, ils les abandonneront eux-mêmes, voyant que les dieux qu'ils adorent sont insensibles.

42. On voit aussi des femmes ceintes de cordes, qui sont assises dans les rues, brûlant des noix d'olives.

43. Et lorsque l'une d'entre elles a été emmenée par quelque passant qui l'a corrompue, elle reproche à celle qui est auprès d'elle qu'elle n'a pas été jugée, comme elle, digne d'honneur, et que sa corde n'a pas été rompue.

44. Tout ce qu'on fait à ces dieux n'est que mensonge: comment donc peut-on croire ou peut-on dire que ce sont des dieux?

45. Ils ont été faits par des ouvriers en bois et en or; ils sont ce que les prêtres veulent qu'ils soient, et rien de plus.

46. Les ouvriers mêmes qui les font ne vivent pas long-temps sur la terre; comment donc leurs ouvrages peuvent-ils être des dieux éternels?

47. Ils ne laissent à ceux qui viennent après eux qu'un mensonge et un sujet de honte.

48. Aussi, lorsqu'il survient une guerre ou quelque malheur, les prêtres pensent en eux-mêmes où ils iront se cacher avec leurs dieux.

49. Comment donc ceux-là peuvent-ils passer pour des dieux, qui ne peuvent se sauver pendant la guerre, ni se délivrer des moindres maux?

50. Car, n'étant que du bois et des lames d'or et

et regibus: que manifesta sunt quia non sunt dii, sed opera manuum hominum, et nullum Dei opus cum illis.

31. Unde ergo notum est, quia non sunt dii, sed opera manuum hominum, et nullum Dei opus in ipsis est.

32. Regem regioni non suscitant, neque pluviam hominibus dabant.

33. Judicium quoque non discernent, neque regiones liberantur ab injuriâ: quia nihil possunt, sicut cornicula inter medium cœli et terre.

34. Etenim cum incidit ignis in domum deorum ligneorum, argenteorum et aureorum, sacerdotes quidem ipsorum fugient, et liberantur; ipsi vero sicut trabes in medio comburentur.

35. Regi autem, et bello non resistunt: quomodo ergo æstimandum est, aut recipiendum, quia dii sunt?

36. Non à furibus, neque à latronibus se liberantur dii lignei, et lapidei, et inaurati, et inargentati: quibus hi qui fortiores sunt,

37. Aurum et argentum et vestimentum quo operi sunt, auferent illis, et abibunt, nec sibi auxilium ferent.

38. Itaque melius est esse regem ostentantem virtutem suam, aut vas in domo utile, in quo gloriabitur qui possidet illud: vel ostium in domo, quod custodit que in ipsa sunt, quam falsi dii.

39. Sol quidem et luna ac sidera, cum sint splendida et emissa ad utilitates, obaudiunt.

40. Similiter et fulgur cum apparuerit, perspicuum est: idipsum autem et spiritus in omni regione spirat.

41. Et nubes, quibus cum imperatum fuerit à Deo perambulare universum orbem, perficiunt quod imperatum est eis.

42. Ignis etiam missus desuper ut consumat montes et sylvas, facit quod præceptum est ei: hæc autem neque speciebus, neque virtutibus, uni eorum similia sunt.

43. Unde neque existimandum est, neque dicendum, illos esse deos, quando non possunt neque iudicium judicare, neque quidquam facere hominibus.

44. Scientes itaque quia non sunt dii, ne ergo timeant eos.

45. Neque enim regibus maledicent, neque benedicent.

46. Signa etiam in cœlo gentibus non ostendunt, neque ut sol luceant, neque illuminant ut luna.

47. Bestiæ meliores sunt illis, quæ possunt fugere sub tectum, ac prodesse sibi.

48. Nullo itaque modo nobis est manifestum quia sunt dii; propter quod ne timeatis eos.

49. Nam sicut in cucumerario formido nihil custodit: ita sunt dii illorum lignei, et argentei, et inaurati.

50. Eodem modo et in horto spina alba, supra quam omnis avis sedet: similiter et mortuo projecto

d'argent dont ils sont couverts, toutes les nations et tous les rois en reconnaîtront un jour la fausseté; on verra clairement que ce ne sont point des dieux, mais les ouvrages de la main des hommes, où il ne se trouve aucune action de Dieu.

31. On reconnaîtra, dis-je, que ce ne sont point des dieux, mais les ouvrages de la main des hommes; et qu'il ne sort d'eux aucune œuvre de Dieu.

32. Ils ne donnent point un roi à un royaume, et ils ne répandent point la pluie sur les hommes.

33. Ils ne feront point rendre la justice; ils ne délivreront point les provinces de la violence, parce qu'ils ne peuvent rien du tout, et qu'ils sont comme des cornelles qui volent entre le ciel et la terre.

34. Quand le feu aura pris à la maison de ces dieux de bois, d'argent et d'or, leurs prêtres s'enfuiront et se sauveront; mais pour eux, ils seront consumés au milieu des flammes, comme les poutres du bâtiment.

35. Ils ne résisteront point à un roi pendant la guerre; comment donc peut-on croire que ce soient des dieux?

36. Ces dieux de bois, de pierre, d'or et d'argent, ne se sauveront point des larrons et des voleurs; les hommes, étant plus forts qu'eux,

37. Leur voleront l'or, l'argent et les vêtements dont ils sont couverts; et se retireront, sans que ces dieux puissent s'en défendre.

38. Il vaut donc mieux être un roi qui fait paraître sa puissance avec éclat, ou un vase d'une maison, qui est utile à celui auquel il appartient et qu'il est bien aise d'avoir, ou la porte d'un logis qui tient en sûreté tout ce qui y est, que d'être l'un de ces faux dieux.

39. Le soleil, la lune et les astres jettent de l'éclat: ils sont conduits pour l'utilité des hommes, et ils obéissent à Dieu.

40. Les éclairs se font remarquer lorsqu'ils paraissent; les vents soufflent dans tous les pays.

41. Les nuées, lorsque Dieu leur commande de s'étendre sur tout le monde, exécutent ce qui leur a été ordonné.

42. Le feu du ciel, envoyé d'en haut pour consumer les montagnes et les forêts, fait ce que Dieu lui a commandé de faire; il n'y a pas un de ces dieux qui soit comparable à ces créatures en beauté ou en puissance.

43. Il ne faut donc ni croire ni dire que ce soient des dieux, puisqu'ils ne peuvent ni rendre la justice ni faire du bien ou du mal aux hommes.

44. Ainsi, puisque vous savez que ce ne sont pas des dieux, ne les craignez point.

45. Ils ne feront jamais ni aucun mal ni aucun bien aux rois de la terre.

46. Ils ne marquent point dans le ciel, pour les peuples, les signes des saisons; ils n'éclairciront point comme le soleil, et ils ne luiront point comme la lune.

47. Les bêtes sont meilleures que ces dieux, puisqu'elles peuvent s'enfuir sous un toit et chercher ce qui leur est utile.

48. Il est donc très-clair qu'ils ne sont nullement des dieux; c'est pourquoi ne les craignez point;

49. Car, comme on met auprès des concomres un épouvantail qui ne peut pas les garder, ainsi sont leurs dieux de bois, d'argent et d'or.

50. Ils sont semblables à l'aubépine qui est dans un jardin, sur laquelle tous les oiseaux viennent se reposer; leurs dieux de bois, d'or et d'argent ressem-

in tenebris, similes sunt dii illorum lignei et inaurati, et inargentati.

71. A purpura quoque et murice, quæ supra illos teneant, sciets itaque quia non sunt dii: ipsi etiam postremo comeduntur, et erunt opprobrium in regione.

72. Melior est homo iustus, qui non habet simulacra: nam erit longo ab opprobriis.

COMMENTARIA.

BADVELLUS.

Exemplum epistolæ, Ἐπιστολὴν ἐπιτολῆς. Ita autem appellatur quod est rescriptum aut descriptum à primo exemplari, quod ἀπεστειλωσ dicitur, quasi primogenia princepsque forma unde aliqua figura scripturæ dicitur, in quo proposita est imitatio ac similitudo unius ejusdemque rei ante perscriptæ. Ubi autem sit hæc epistola Jeremiam non memini me usquam legisse. Exstat quidem epistola cap. 29, 1, quam misit ad captivos Babylonem: sed ea nullam hujusmodi admonitionem de idolis fugendis, eorumque descriptionem continet. Decimo tamen capite multa dicit de falsorum fitorumque deorum vanitate quæ cum hæc commotione descriptione conveniunt, quemadmodum postea videbimus. UT IPSIS EXPONERET QUÆ A DEO MANDATA, etc.; Græc.: *Ut annuntiaret eis sicut mandatum ei erat à Deo*; ut scriberet ac exponeret mandata quæ à Deo accepta: aut, sicut mandatum erat, eos admoneret.

VERS. 2. — AD SEPTIMAM USQUE PROGENIEM, etc.; Græc.: *Usque ad septem generationes, id est, septuaginta annos: quod tempus captivitatis eorum à Deo constitutum fuerat et ab Jeremiâ Propheta prædictum.*

VERS. 5. — QUI IN HUMERIS PORTENTUR, etc. Græc.: *In humeris portari; aut gestari. Portando portabuntur, inquit Jeremias 10, 5, neque enim possunt incedere. Isaias quoque 46, 1, dicit eos plastris jumentisque portari ac hujulari. Ita propheta hujusmodi falsorum deorum gestationem vocationemque irridet: in quâ imbecillitas illorum demonstratur.*

VERS. 4. — CAVEAT IGITUR NE SIMILITUDINE VOS AD EXTERBARUM, etc.; Græc.: *Cavete igitur ne et vos assimilati alienigenis, similes efficiamini, id est, ne vos accommodantes et conformantes ad eorum superstitiones, eis similes existatis. Est enim hæc prava morum studiorumque alienorum imitatio atque emulatio, causa malorum omnium. Itaque Jeremias 10, 2, priusquam demonstrat Idolorum vanitatem, admonet Judæos ne vianem gentium discant. Siquidem ceremonie ritusque gentium, vanitas sunt. Deinde subjungit Idolorum affectionem atque affectionem, eorumque imbecillam originem à manu artificis profectam ostendit. Eandem superstitionem insectatur Isaias 44, 9, pluribusque verbis totum illum idolorum et ortum et cultum persequitur. EORUMQUE DEORUM METU TERRERAMINI. Græc.: *Et metus vos capiat propter eos, id est, ne metu illorum efficiamini. Sic Jeremias 10, 5: Ne metuatis quidquam ab eis: quia non malefaciunt, qui ne benefacere quidem possunt.**

blent encore à un mort qu'on jette dans un lieu noir et ténébreux.

71. Les vers mêmes qui rongent la pourpre et l'écarlate qui est sur eux vous montrent assez que ce ne sont point des dieux; enfin ils en sont eux-mêmes mangés, et ils deviennent l'opprobre de tout un pays.

72. L'homme juste qui n'a point d'idoles vaut mieux que tous ces dieux, puisqu'il sera éloigné de tous les opprobres auxquels ces idoles sont exposées.

VERS. 5. — MENTE POTIUS AC COGITATIONE VESTRA DICITE, etc. Græc.: *Dicite igitur mente vestra. Quidam codices habent autem, aut verò, ut sit adversativa, sed potius dicite in animo vestro.* Non vult autem hanc cogitationem de uno vero Deo adorando et colendo in animis eorum ita suscipi ac retineri ut interea se ad externos atque impios illorum ritus cultusque accommodent (quemadmodum plerique sentiunt, istumque locum ad excusandam simulationem suam adducunt); sed ita vult eos sentire cogitare ut nullâ in re externa se polluant, sed continent se in eâ sanctitate tum animi tum corporis quam Deus à suis requirit.

VERS. 6. — VESTRARUM VINDEX ANIMARUM. Græc.: *Et ipse requirens animas vestras. Requirit Deus animas suorum cum curam earum suscipit, neque injurias eis illatas impunitas patitur, sicut dicit Psalmus 9, 13: Quoniam requirens sanguinem ejus recordatus est, non oblitus est clamoris pauperum.* Porro in eo summa Dei in suos benevolentia declarat quod angelos custodes ac vindices salutis eorum constituit; ut in Ægypto eum amorem declaravit. Itaque spiritus administrati ad salutem sanctorum constituit, Hebr. 1, 7, 14, appellantur.

VERS. 7. — AURO ARGENTOQUE OBDUCTA. Græc.: *Inaurata et inargentata, quemadmodum Jeremias 10, 4, dicit ab artificibus auro argentoque ornari. Sunt enim hujusmodi simulacra, aut ipsa massâ totaque materia aurea et argentea, quæ aurata et inargentata dicuntur, aut aliâ ex materia auro argentoque obducta et ornata. VANA SUNT LOQUENTI FACULTATE, etc. Græc.: *Sunt autem falsa, nec possunt loqui. Jeremias in capite supra citato dicit disciplinam vanitatum lignum esse. Isaias verò, 44, 9, ait tam ipsos auctores atque effectores sculptilium quam deos effictos esse vanos, vel potius vanitatem ac mendaciam. Spiritus autem S. multis Scripturæ locis eos irridet, quod figuram oris linguamque habeant sine ullâ orationis ac sermonis facultate.**

VERS. 8. — ET SICUT VIRGINI ORNAMENTUM, etc. Græc.: *Et tanquam virgini (aut puellæ) ornatum adamanti atque affectanti, ita cultum ornatumque aseiscunt hujusmodi diis suis, quasi hæc venustate pulchritudineque delectentur, studiumque puellarum imitentur. Hæc autem venustatis affectatio atque appetitio καλλοποιεῖσθαι à Græcis appellatur, et καλλοποιεῖσθαι qui venusti politique videri volunt.*

VERS. 9. — IN USUS SUOS CONSUMANT. Græc.: *In semetipsos consumant, id est, pro seipis sive ad suas necessitates conferant. Quæ res ostendit imbecillitatem*

eorum qui patiuntur sua sibi ornamenta detrahi, et eum hominibus communicari et profanari. Itaque hæc sacerdotum compilatio ac profanatio satis ostendit quales sint dii.

VERS. 10. — MERETRIBUS DOMESTICIS, etc. Græc.: *Dabant etiam ex illis meretricibus quæ sunt sub tecto, id est, scortis quæ intra domesticos habent parietes. Hic contemptus contumeliosus satis ostendit quo loco sint habendi illi dii. VESTIMENTIS QUASI HOMINES, etc. Et ornant eos tanquam homines indumentis. Dixit de auro et argento cæterisque ornamentis; nunc dicit de cultu habitaque quem humano more illis affingunt. Hæc autem vestimentorum conformatio ad hominum similitudinem suscepta eorum vanitatem ostendit. Nulla enim similitudo nature formæque Deo cum homine esse debet aut potest. Jeremias etiam in allegato capite dicit hyacinthum et purpuram esse illorum indumentum: cujuscumque omnia esse opera sapientium, id est, artificum, qui in hujusmodi ornamentis elaborant.*

VERS. 11. — ET TISEA NE VINDICARE QUIDEM SE, etc. Græc.: *Non conserantur à tiseis: non tentent se adversus corruptionem hujusmodi. Sunt enim corruptioni obnoxii. Deus autem est æternus et immortalis. Hæc verumini injuria cæteræque incommoditates facile ostendunt non esse deos.*

VERS. 13. — UT QUIDAM REGIONIS, etc. Græc.: *Ut homo iudex regionis. Iudex apud Hebræos accipitur pro rectore ac gubernatore synecdochicè, ut pars præcipua gubernandi pro totâ gubernatione accipitur.*

VERS. 15. — VAS HOMINIS CONSTRUCTUM. Græc.: *Vas hominis contritum, aut constructum. Hæc similitudine et aliis adhibitis postea ostendit summum contemptum idolorum, quæ sunt planè inutilia. Duo autem sunt aut tria quæ eorum deorum imbecillitatem ostendunt. Primum ortus: non enim sunt natura, ut ait Paulus, Gal. 4, 8, sed arte, ut quæ à manu artificis suam habeant originem, talesque sunt quales ab artifice effecti. Itaque sequitur eorum inutilitas et impotentia qui nullam habent aut utilitatem opportunt aut virtutem. Sunt enim idola inutilia planè atque imbecilla, à vanissimis ingeniiis fabrefacta.*

VERS. 17. — QUI REGEM LESIT. Græc.: *Qui regem injuriâ affecti. Est et hæc summa irrisio fitorum falsorumque deorum, qui in templis suis sacrisque edibus tenentur inclusi quasi malefici homines, qui sunt aut rei læsæ majestatis aut propter alia crimina mortis dammati.*

VERS. 18. — LUCERNAS EIS ACCENDUNT, etc. Hæc est perjuridica latro, id est, idolorum veneratio, quibus hujusmodi res adhibent quorum nullum sensum habent. Sunt planè insensibilia ac mortua, quorum vanitas Psal. 115, 4, elegantissimè demonstratur et irridetur. QUIPPE QUI INSTAR TRABIS SUNT IN DOMO. Græc.: *Est quidem sicut trabs ex domo: id est, sunt stolidi et stupidi, omnique sensu carentes, sine ullo motu, qui, ut ait Jeremias 10, 8, rigent instar palmæ.*

VERS. 19. — CORDA VERÒ ILLORUM ELINGI A SERPEN-

TIBUS. Græcè: *Corda eorum dicunt elingi serpentibus terræ. Nominè cordis significat interiores simulacrorum partes, quæ à serpentibus eroduntur aut elinguntur. Et quoniam principium vite (ut ait Aristoteles) in corde est, non patenter se ita indignè tractari, nec optimam præstantissimamque partem atrectari à fœdissimis bestis, si illum sensum vite habeant.*

VERS. 21. — SUPRA CORPUS ILLORUM ET CAPUT NOCTUÆ. Græcè: *Super corpus illorum et caput advolvunt noctuæ. Persequitur cæteras injurias et contumelias majestate deorum indignas: quibus quoniam imponè afficiunt, satis ostendunt se nihil aliud esse quam vanitatem et mendaciam.*

VERS. 23. — NEQUE VERO AUBO, QVO AD SPECIEM ORNATIQUE. Græcè: *Nam aurum quod circumpositum est ad pulchritudinem, aut speciem. Sunt enim auro obducti aut vestiti, quo tamen non possent refulgere nisi rubigo abstergeretur, squalorque inductus ac contractus removeatur. NEQUE ENIM TUM CUM CONFLABENTUR. Sunt enim fusa et conflata simulacra: quorum ut primus ortus fuit sine sensu, ita etiam eorum progressus atque exitus futurus est. Itaque non est mirum si idola mortua et stolidâ tantam turpitudinem atque indignitatem patiantur.*

VERS. 24. — EA OMNI PRETIO EMPTA SUNT. Græcè: *Ex omni pretio sunt empta. Significat carissimè empta fuisse, neque homines eorum cultores ulli pecunie pepercisse ut hujusmodi muta simulacra haberent et colerent. Tanta est idolorum insania, furor eorum qui idola amplectuntur ac venerantur. Hæc autem nota, quòd sint dii venales maximo empti pretio, ipsorum indignitatem vanitatemque ostendit. QUIBUS NULUS INEST, etc. Græcè: *In quibus non est spiritus. Jer. 10, 14: Pudefit omnis confolar ab sculptili: nam mendacium est fasile ejus, cum non sit in eis spiritus.**

VERS. 25. — PEDIBUS DESTITUTI PORTANTUR, etc. Græcè: *Sine pedibus in humeris gestantur; id est, cum non habeant pedes ad ingrediendum aptos feruntur humeris hominum, quoniam, ut inquit Jeremias, 10, 5, non possunt incedere. Alioquin pedes habent, sed non ambulant, ut ait Psal. 115, 7. Isaias autem 46, 6, eadem dicit de idolis Babyloniorum: Qui confertis aurum de sacco, et argentum staterâ ponderatis, conducunt artifices, ut factum deus: procedunt, et adorant; portant illum humeris. Cultores etiam illorum pudore, etc. Græcè: *Verocundantur autem etiam hi qui observant (aut colunt) ea. Hic pudor et timor de imbecillitate deorum susceptus satis ostendit quæ natura et vis divina in illis sit. Nam cum tres sint corporis positiones, prostratio humi facta, statio, atque inclinatio, in earum nullâ aliquam vim se commovendi habent, ut aut collapsi se ex terrâ excitare possint, aut per se recti stare, aut inclinata se erigere: rigent enim instar palmæ, sicut dicit Jeremias 10, 5.**

VERS. 26. — PLANE TANQUAM MORTUIS DONARIA EIS, etc. Græcè: *Sed quasi mortuis dona (aut munera) eis apponunt. Sunt autem δωδάρματα et ἐπισημειωμένα ornamenta muneræque diis dicata et consecrata, quæ in*

parietibus et columnis templorum suspenduntur, aut oblata (ut hic dicitur) illis apponuntur.

VERS. 27. — MULIERES AB ISDEM IN PENUM RECONDENTES. Græcè: *Mulieres ex illis* (sub. *donaria rebusque oblati*) in penum condentes reponentesque nihil indè pauperibus largiuntur, sed aliorum liberalitate abutuntur. Hic abusus injustus ostendit deos illos fictios habere sacerdotis ministrosque ipsis dignos.

VERS. 28. — MENSTRUATA MULIER, etc. Græcè: *Quæ menstrua patitur, et puerpera*. Hujusmodi sacrorum contractatio ac pollutio prohibetur Levit. 12, 2. Itaque ex istorum immunditie ostendit quæ religionis illorum fuerit puritas et sanctitas.

VERS. 29. — AD DEOS AEREOS, etc. Græcè: *Diis argenteis apponunt*, sub. *donaria*, et ornamenta cætera apud eos deferunt atque deponunt. Sunt enim mulieres magis quam viri superstiosæ, et propterea ac proptis notat coloribus: In sculpiunt, inquit, suum incurvat se coram eo, adoratur et precatur illud, dicens: *Liberam me, quia Deus meus es*.

VERS. 31. — QUI IN CONVIVIO, etc. Græcè: *Quasi quidam in cenâ mortui*, id est, quæ ad memoriam mortuorum adhibetur, aut ad consolationem propinquorum celebratur. Jeremias 16, 8, hujusmodi convivium convivarum ad consolandum institutum duobus nominibus designat: Nam *domum convivi* et *compositio* appellat, procul etiam consolationis sive consolatorum nomen, Græcè vocant *concentrationem*, quemadmodum *compositationem*. Sed hoc epulum erat funebre cum ad memoriam mortuorum tum ad consolationem propinquorum institutum. *Cena feralis* à Latinis dicebatur.

VERS. 35. — NEQUE VERO SI QUID MALI, etc. Græcè: *Neque sive malum possit fieri ab aliquo, sive bonum, id est, aliquo aut maleficio aut beneficio ab aliquo affecti*. Sequitur statim, nullam gratiam ab his referri tam injuriæ quam beneficentiæ. Nullam enim habent facultatem nec beneficiendi nec maleficiendi, id est, puniendi atque affligendi eos à quibus læsi fuerunt. Nec REGEM CONSTITUERE, AUT EUM, etc. Græcè: *Nec constituere regem possunt, nec tollere*, id est, abrogare aut abdicare potestatem regiæ. Hoc enim est unius veri Dei, *accingere reges balteo*, eosque *discingere*, id est, eos ornare auctoritate et exauctorare. Sic Deus dicit se *Cyrum accincturum, regnumque Babyloniorum ei traditurum*. Job. 42, 18: *Qui cingulum regum dissolvit, et vinculo (aut zonâ) lumbos eorum accingit*. Est autem hæc altera ratio quæ demonstrat illos non esse veros Deos, sumpta à potestate eorum. Duo enim præcipue hic spectanda sunt: primum deorum *faculum ortus*, quod sunt orti effectusque industriæ ac operâ artificialis; deinde *potentia*, vel potius eorum *imbecillitas*, quæ nihil possunt nec in celo nec in terrâ. Itaque prophete, ut verum Deum à fictis falsisque discernant, non solum Deum æternum esse dicunt, primum et novissimum, sed ei etiam creationem mundi et gubernationem tribuunt. Deus noster, inquit Psalmus 115, 5, *est in celo: omnia quæ vult facit*. Mox subjungit festivam idolorum irrisionem. Sic Isaias et Jeremias in læs locis quos supra citavimus. Itaque hic commemorantur certa beneficia atque opera quorum solus Deus est auctor. Falsi dii nullam

corum, nè minimam quidem facultatem habent.

VERS. 34. — VOTUM EIS NONCUPARIT, etc. Græcè: *Si quis votum eis vocens (aut faciens), non reddiderit: aut exsolvetur*. Sequitur non repositum.

VERS. 35. — PERICULO MORTIS HOMINEM NUMQUAM LIBERABUNT. Græcè: *Ex morte hominem non liberaverint, aut eriperint*. Hæc sunt amplissima beneficia, quæ solus Deus in humanum genus confert, quæ et Scriptura verè predicat, et multi reipsâ experientur.

VERS. 38. — LAPIDIBUS ERUTIS E MONTE SIMILIA SUNT. Græcè: *Lapidibus à monte similes sunt*, id est, saxis durissimis è monte aliquo petitis, in quibus nulla est voluntas facultasque bene merendi. Qui vero ea colunt, etc. Græcè: *Colentes verò ea* (sive *cultores eorum*) *confundentur*, aut pudelient. Isaias 44, 15, eleganter hujusmodi cultores superstitionis deformat, ac proptis notat coloribus: *In sculpiunt, inquit, suum incurvat se coram eo, adoratur et precatur illud, dicens: Libera me, quia Deus meus es*.

VERS. 40. — CUM IPSI QUOQUE, etc. Græcè: *Adhuc autem ipsis Chaldaei inhonorantibus ea*; id est, ignominia afflicentibus. Particula *adhuc* habet vim augendi: ut cum præsertim ipsi Chaldaei eorum infamiam prodant. MUTUM LOQUENDI FACULTATE, etc. Græcè: *Mutum qui non possit loqui*. Vox græca tum *mutum* tum *surdum* significat. Qui enim naturâ surdi sunt, hivivunt etiam muti. AMBITRO BELO, etc. Græcè: *Admoverentes Belum (aut admoto Belo) postulant ut loquatur*. Quidam vertunt *offerentes Belo*, quasi mutus ad eum adducatur, eique præsentetur. Sed prior interpretatio mihi magis probatur. De Belo autem Babyloniorum Deo habes Jes. 46, 1.

VERS. 41. — UT QUI SENSU QUOQUE, etc. Græcè: *Sensum enim non habent*. Hoc quidem ad deos fictios referunt: sed melius ad eorum cultores referunt, quos etiam Jeremias 10, 8, dicit *obbrutescere, ferique stultos et insanos: quoniam vanitatis disciplina lignum est*. Sic Jes. 44, 19: *Non redit ad cor suum, non est sensus nec intelligentia, ut dicat, partem ejus combussit igni*. Idem dicit noster auctor.

VERS. 42. — FURFURES ADULENTES. Græcè: *Succedentes paleas, et xerops sunt sordes et excrementa quandam, sive farina purgamenta*, quæ meretrices suis diis adolebant. Hunc enim furfuraceum odorem illis suavissimum esse putabant. Perdignum majestate deorum incensum!

VERS. 45. — AB ALIQUO PRÆTEREUNTE, etc. Græcè: *Cum attracta ab aliquo prætereuntem dormierit: aut concuberit*, id est, stupri consuetudinem habuerit. Hæc est castitas Vestalium, quæ ad stuprum viatoribus sunt prostituta.

VERS. 46. — FALSA SUNT, ET VANA, AUT, ut dicunt Isaias et Jeremias, *vanitas ac mendacium*. Sunt enim omnia superstitionis errorisque plena, à vanissimis ingeniiis profecta et instituta.

VERS. 45. — A FABRIS AUTEM ATQUE AURIFICIBUS EFFECTA SUNT. Græcè: *A fabris et aurificibus sunt fabricata*.

facta. Isaias *fabrum* tum *ferrarium* tum *lignarium* nominat, eosque dicit in hæc *idolorum effectio* omni industria diligentiâque elaborare. Itaque Paulus, Act. 17, 29, vocat hujusmodi effecta simulacra *effigiem expressam arteque et ingenio effectam hominis, cui nomen non est simile*. Sunt enim *nata arteque, atque ab arte profecta*. Non sunt igitur naturâ dii, sed arte optioneque hominum vanissimâ, tales quales artifices eos esse voluerunt.

VERS. 46. — VITAM MINIME DIUTURNAM OBTINEBUNT. *Non erunt longævi: aut, non sunt vitæ diuturnæ: id est, non habent eam naturam et vim ut diu vivant*. Sunt enim homines nati è lege et conditione ut singulas in horas mortem impendentem habeant. Itaque à naturâ et vi causæ efficientis, id est, hominis mortalis, ostendit imbecillitatem ipsius effectus. Qui enim sibi præstare vitam diuturnam non potest, alteri dare non poterit; præsertim ligno aut lapidi vitæ minime capaci.

VERS. 47. — ET ENIM MENDACIUM POSTERIS OPPROBRIUMQUE, etc. Græcè: *Reliquerunt enim vana et opprobria futuris hominibus*, id est, res vanas et fallaces, dignasque confusione ac dedecore. Hoc autem probat ab experientia hominum, qui in periculis ac malis ope falsorum deorum destituuntur. Nullam enim aut fiduciam aut opem salutemque in periculis hominibus afferre possunt. Itaque Isaias 44, 17, irridet illum qui idolum adoratur, eique dicit: *Libera me; Deus meus est tu*.

VERS. — 50. OMNIBUS GENTIBUS AC REGIBUS NOTUM ERIT. Videtur significare eam lucem cognitionemque ex Verbo Dei atque Evangelio ad gentes regesque venturam, ut eorum vanitatem facile intelligant atque abjiciant. Sunt enim multæ ac illustres tum promissiones tum comminationes in prophetis, quæ gravissimum casum idololorum et interitum denuntiant, gentes verò ad purissimum unius Dei cultum perventuras. Psal. 86, 9: *Omnes gentes quas fecisti, venient et genu flectent coram te, Domine, et glorificabunt nomen tuum, quoniam magnus es tu, et factis mirabilia; tu solus es Deus*. Sed opera MANIBUS HOMINUM, etc. Græcè: *Sed opera manuum hominum*. Ita enim vocantur in Scripturâ sæpè, Psal. 115, 4, et à Mose Deut. 27, 15, et prophetis. Sunt enim simulacra artificiosa: cujusmodi omnia ortum interitumque habent: in hoc deteriora quam cætera res ab arte profecta, quod aliquam utilitatem afferunt; istorum nullus est usus, imò vero summus abusus, cultusque hominibus perniciosissimus.

VERS. 52. — REGEM REGIONI ALIQUI, etc. Græcè: *Regem enim regionis non suscitabunt*. Hebraismus est suscitare aut erigere, pro *constituere, atque in summo dignitatis gradu collocare*. Enumerat autem rursum opera unius Dei propria, quæ admittit fœditis diis, ut his notis eos à vero Deo discernat. Sic Jeremias 10, 11: *Sic dicitis eis: Dii qui celum et terram non condiderunt, perdentur de terrâ ac de sub cælis ipsis*. Postea ornat Deum verum suis operibus: *Qui terram condidit suâ virtute, sapientia suâ orbem disponit, prudentiâ suâ calcos*

extendit. *Cum ille vocem dat, ingens aquarum vis in aere colligitur*.

VERS. 54. — IPSI VERO IN MEDIO QUASI TRABES CONFILABUNT. Græcè: *Ipsi verò quasi trabes medi comburentur et succidentur*.

VERS. 55. — AUT RECIPIENDI QUASI SINT DII. Græcè: *Aut accipiendum quod sunt dii*. Quædam exemplaria legunt *dicendum*, quemadmodum in superioribus conclusionibus, in quibus, propositis notis mendaciæ ac vanitatis, divinitatem illis ademit. Si legas *sectio*, poteris accipere pro *approbare aut recipere atque amplecti quasi veros Deos colendos et venerandos*.

VERS. 56. — NE FURIBUS QUIDEM ET LATRONIBUS EFFUGERE SALVI, etc. Græcè: *Neque à furibus, neque à latronibus servabuntur*, id est, evadent illorum manus furaces ac rapaces: ex quo eorum impotentiaque infirmitas cognoscitur. Qui autem sibi ipsi opem ferre non possunt, ab iis quod auxilium est expectandum?

VERS. 58. — QUOS DOMINO SIT USU, etc. Græcè: *Quo utetur qui possidet*, id est, quod erit utile et commodum domino. Paulus 2 Tim. 2, 21, vocat *pium hominem us utile domino*. Noster autem auctor comparatione ostendit infirmitatem simulacrorum eaque deteriora esse cæteris rebus omnibus, quorum aliquis in vitâ aut in naturâ usus est. Supra ostendit eorum imbecillitatem ac destitutionem in juvendis non solum cæteris hominibus, verum etiam seipsis.

VERS. 59. — CUM SINT LEMINOSA, etc. Græcè: *Splendida, aut, splendescencia*: quæ propheta ita ordinatâ à Deo collocataque in celo significat ut ejus verbo mandatoque semper parent, eum tanquam milites ad officia muniaque sua emittuntur.

VERS. 60. — CUM EMISSUM EMICARIT; Græcè: *Cum apparuerit, aut exstiterit, est visibilis*, id est, facile cadit sub aspectum, prænuntium securitatis statim tonitruum. VENTUS QUI OMNEM FERFLAT, etc. Græcè: *Ventus in omni regione spirat, aut flat*. Sunt etiam hi ministri, satellitis nuntiique Dei. Psal. 104, 4: *Qui facit nuntios suos spiritus*.

VERS. 62. — HÆC VERO NULLAM NEQUE FORMAM NEQUE, etc. Græcè: *Hæc verò nec formis nec potentis (aut facultatibus) eis sunt similia*. Sunt enim idola stollida et inutilia, quæ nullam aut formam naturalem habent aut facultatem efficacem. Itaque deteriora sunt hi rebus quæ ab arte aut à Deo naturæ auctore profectæ aliquam commoditatem opportuam utlemque continent.

VERS. 65. — AUT BENEDECENT, AUT MALEDICENT. Græcè: *Jeremias 10, 5, dicit eos nullam habere facultatem aut beneficiendi aut maleficiendi*, id est, affligendi ac puniendi eos à quibus offensus fuerint. Est autem propè idem: nam *benedictionem et maledictionem* suam certum opus sequitur, habens vim alieius aut beneficii aut contrarii supplicii. Sed reges nominat, ut personæ dignitate vim illam divinam benedicendi aut maledicendi majorem ostendat.

VERS. 66. — NEQUE IN GENTIBUS, etc. Græcè: *Signa in gentibus ac in celo non ostendunt*. Jeremias in eodem capite gentes à signis cæli formidare quidem si-

gnificat. Sed idola nullam huiusmodi vim habent ut signa aliqua *timenda* maximarumque praesentia calamitatum dare possint. Hoc enim unius Dei proprium est, qui caelum et terram condidit.

VERS. 69. — TERRICULAMENTUM NIHIL DEFENDENS. Graecè: *Terriculum (aut terriculum) nihil custodiens. Est imago, quae similitudine aptissima vanitatem falsorum deorum notat.*

VERS. 71. — OMNIBUS REGIONI OPPROBRIUM AFFERENT. Graecè: *Et erit opprobrium in regione, id est, pudor et dedecus, quòd tunc spoliata, res corruptibiles ac fallaces pro diis habuerunt atque venerati fuerint. Hic enim fructus turpissimusque exitus idololatriae ac superstitionis semper sequitur.*

VERS. 72. — QUI CARET SIMULACRIS, etc. Graecè: *Non habens idola. Conclusio est epistolae, in qua contraarium ac verum Dei cultum approbat, melioremque exitum ostendens, cultui idololorum antepositum. Itaque continet hic locus commendationem verae religionis breviter cum superstitione comparatae*

CASTELLIO.

VERS. 2. — AD SEPTEM SECLULA. *Seculum* vocat decem annos.

VERS. 8. — NAM ISTORUM QUIDEM LINGUA, SIMULACROFUM.

VERS. 72. — A PURPUREA DENIQUE ET MARMORATO, tectorio.

GROTIUS.

EXEMPLAR EPISTOLAE, deest in Graecis exemplaribus quibusdam. Credam esse alterius scriptoris, conjunctum prioribus ob argumenti affinitatem. Differt tamen argumentum tempore: nam illa ad deportationem Jehoniam, haec ad illam quae sub Sedecia, urbe et templo exiit, contigit pertinent. Eamque causam esse suspicor cur quae notavimus ante, ad illa Baruchi nomen preferentia sint adscripta. Ad abducentos captivos (1). Nempe cum essent Reblathae, 2 Reg. 25, 20.

VERS. 2. — USQUE AD GENERATIONES SEPTEM. Vox *generatio* apud Graecos varias habet significationes. Sumitur enim pro *vita hominis*, pro 50 annis, pro 25, pro 20 annis, ut notat Hesychius; pro *septem annis* apud

(1) Latini codices quidam habent: *Ad abducentos captivos.* At Vulgata Graeco convenit. Missa Reblatham est epistola, Judaeis mox Babylonem profecturis.

Epistola ejusdem, ab Jeremia ad captivos Babylonem profecturos datae, expugnata per Nabuchodonosorem Hierosolyma, meminere Machabei, 2 Machab. 2, quae moventur captivi, quemadmodum in hac legitur, ne superstitionem Babyloniolorum imitarentur. Aliquid tamen in ea legebatur, quod hic suspicam est, quod scilicet Jeremias condi sacrum ignem jussit, atque ipse arcam ac tabernaculum in montem remotissimum detulerit, ibique in loco penitus ignoto collocaverit. Hinc locus conjecturae oritur, partem solum modum epistolae, tunc a Jeremia scriptae, apud nos suppressae. Data est epistola anno mundi 3416, quo capta est a Nabuchodonosore Hierosolyma sub Sedecia; eamque ad Judaeos misit in captivitatem cum rege destinatis, antequam proficiscerentur. Hebraicè nomen est, atque hoc uno in loco legitur. In Graecis quibusdam codicibus omnino desideratur.

(Calmet.)

Medicos. Hic vero pro *decem annis* sumi manifestum est. Quod quia exemplo caret, suspicari aliqui possunt olim scriptum fuisse usque ad *decades septem*.

VERS. 5. — DEOS AEREOS ET ARGENTEOS. Simulacra Deos vocat, quia nihil in te erant praeter simulacra. Is HUMERUS PORTARI. In *ulna*, ait Euripides in Tauricà Iphigenia de Dianà Tauricà.

VERS. 5. — ADORANTES, PROMBENTES RITU SUPPLICI. TE OPORTET ADORARI, DOMINE. Ideo enim Judaeis vetitum ullum imaginis signum apud simulacra exhibere, ne tali gestu foretetur falsa opinio de numine aliquo in simulacris latente.

VERS. 6. — ANGELOS ENIM MEUS VOBISCUM EST. Inspector eorum quae faciatis, *ephorus*, ut ait Philo. Irse AUTEM EXQUIRAM ANIMAS VESTRAS. *Ipsae exquirat animas vestras*, id est, vindicabit mortem vestram. Idem loquendi genus 2 Sam. 4, 11; Ezech. 48, 15, et 55, 8, et Gen. 9, 5, et 42, 22.

VERS. 7. — FALSA SUNT, ET NON POSSUNT LOQUI. Simile habes Ps. 135, 15, et Sap. 13 et 14.

VERS. 8, 9. — ITA ACCEPTO ALIO FABRICATI SUNT. CORONAS CERTE AUREAS HABENT SUPER CAPITA SUA. Haec coherent in Graeco: *Fabricarunt coronas aureas super capita deorum suorum.* Plantius:

At ego te sacram coronam surripuisse Jovi scio.

Unde SUBTRAHUNT SACERDOTES AB EIS AUREM. In Graeco additur *interdium*.

VERS. 10. — DANT AUTEM ET EX IPSO PROSTITUTIS, ET MERETRICES ORNANT: ET ITERUM, CUM RECEPERINT ILLUD A MERETRIBUS, ORNANT DEOS SUOS. In Graeco est aliter: *Dant etiam de illis (aut scilicet et argento) etiam his quae sub eodem tecto sunt meretricibus; ipsae autem argenteos et aureos et ligneos, quasi essent homines, ornant vestibus.*

VERS. 11. — HI AUTEM NON LIBERANTUR A RUBIGINE ET TINEA. Arnobius lib. 6: *Ita enim non videtis spirantia haec signa, quorum plantas et genua contingitis et contractatis orantes, modo casibus stillicidiorum labi, putredinis modo carie relaxari, ut nidioribus atque fumo sufflata ac decolorata nigrescant, quemadmodum seculi longiori incuria perdant situ speciem (ita legendum, non situs specie), et rubigine convulserentur exesa? Ita, inquam, non videtis sub istorum simulacrorum cavis stellationes, sorices, mures, blattasque lucifugas nidamenta ponere, atque habitare?*

VERS. 12. — OPERIS AUTEM ILLIS VESTE PURPUREA. Solebant enim dii ad eorum habitum qui inter homines splendidissimus effingi.

VERS. 13. — SCEPTUM AUTEM HABET UT HOMO, SICUT JUDEX REGIONIS. *Ut homo provinciarum regens.* Sic Achillem sceptrum habet apud Homerum. Pari modo apud Graecos Jupiter cum sceptro fingebatur. QUI IN SE PERCANTEM NON INTERFIT. Graecè, *interficere nequit.*

VERS. 14. — HABET ETIAM IN MANU CLADIVM ET SECURIM. Quomodo fingi solebant bellorum dii. SECURIS multos gentibus in usu belli. SE AUTEM DE BELLO ET A LATRONIBUS NON LIBERAT. Simulacra bello capta testantur historiae: saepe et latronibus et piratis in praedam cessere. Vide quod infra 21 adferemus. Unde VOBIS

NOTUM SIT QUIA NON SUNT DII. Nam Deus, et, à potentia dicitur.

VERS. 16. — OCELLI EORUM PLENI SUNT PULVERE. Vide supra 12.

VERS. 17. — ET SICUT ALCUI QUI REGEM OFFENDIT, CIRCUMSEPTAE SUNT JANUAE, AUT SICUT AD SEPULCRUM ADDUCTUM MORTUUM. Graecè: *Ac sicut ei qui in regem peccavit, et ob id ad mortem ducitur (id est, duccendus est) circumsepta sunt atria.* Ait Suidas Atticis ipsam locum ubi supplicium sumebatur dictum *αδία*. ITA TUTANTUR SACERDOTES OSTIA CLAUSURIS ET SERIS. *Ita aedes sacras sacerdotes muniunt foribus et claustris et vestibulis.* Euripides in descriptione templi taurici:

An athena claustra molientur vestibulis?

VERS. 18. — LUCERNAS ACCENDUNT ILLIS. Lactantius 6, 2: *Num igitur mentis suae compos putandus est qui auctori et datori luminis candelarum ac cerarum lumen offert pro munere? Et QUIDEM MULTAS.* Graecè: *Etiā plures quam sibi melius.* SUNT AUTEM SICUT TRADES IN DOMO. Non plus vident quam trabs.

VERS. 19. — CORDA VERO EORUM DICUNT ELINGERE SERPENTES QUI DE TERRA SUNT. Per *cor* intelligit recessus simulacrorum. Pro *serpentes* in Graeco est *reventia*, quo vocabulo recte vermes intelligas. Et VESTIMENTUM IPSORUM, ET NON SENTIUNT. Legitur item in Graeco. In nostris codd., et illud alterum desideratur.

VERS. 20. — NIGRE FIUNT FACIES EORUM A FUMO QUI IN DOMO FIT. *Nidoribus nigrescunt*, ut Athobium dicentem modo audivimus.

VERS. 21. — VOLANT NOCTURAE ET HIRUNDINES. VAPTO in Menippis: *Apollo à piratis maritimisque praedonibus spoliatus ita est ut ex tauri ponderibus, quae infusa congresserant secula, nec unum quidem haberet scriptulum quod hirundinibus hospitii ostenderet.* ET CATTE, *Adveps* in Graeco. Eos *cattas* vocant gentes à Germanis oriunde. Evagrius: *Ille dicit aurum esse, quod animal vulgò cattam vocant.*

VERS. 25. — AUREM ETIAM QUOD HABENT AD SPECIEM EST. NISI ALIQUIS EXTORSERIT ERIGINEM, NON FULGEBUNT. In Graeco coherent haec hoc modo: *Quod nisi quis ab auro, quod illis additum est ornati, virus absterserit, non fulgebunt dii illi.* NEQUE ENIM DUM CONFLARENTUR SENTIANT. Unde ergo sensum accepissent, cum ab artifice eum non haberint?

VERS. 24. — IN QUIBUS SPIRITES NON INEST IPSIS. Ipsi hic abundant, nec est in Graeco.

VERS. 25. — IN HUMERIS PORTANTUR. Ut supra 5. OSTENTANTES IGNORABILITATEM SUAM, *vilitatem.* Viliora enim ea quae se movere non possunt his quae semet movent.

VERS. 26. — NEQUE SI QUIS EUM STATUERIT RECTUM, PER SEMETIPSUM STATIT. Imò gomphis sustentantur, Isai 44, 7. SED SICUT MORTUIS MUNERA EORUM ILLIS APPONENTUR, id est, ipsi ea accipere non magis valent quam mortui.

VERS. 27. — HOSTIAS ILLOREM VENDUNT SACERDOTES IPSORUM, ET ABUTUNTUR. Nempe ad res turpes. SIMILITER ET MULIERES EORUM DECAPENTES; *sae condientes* ea quae subito assumere non possunt. NEQUE INFIRMO NE-

QUE MENDICANTI ALIQUID IMPERTIUNT. *Neque pauperi, neque infirmo.* Nam *πρωτος*; in his hbris quovis *egenum* significat. Opponitur hoc praecipio Hebraeis dato Deut. 14, 28, 29.

VERS. 28. — DE SACRIFICIIS EORUM FORTE ET MENSURATAE CONTINGUNT. *Factas* hic intellige eas quae recitantes à partu sunt: quomodo apud Virgilium:

Peccat et viridi fatam Favortis in antro Procuissae lapam.

Ubi Servius, *fatam, quae peperit, et nutrire possit.* Hinc corrige Graecum, et ubi habemus *ἀπαυδαμένην* vel *ἀπαυδαμένην*, scribe *λεχέ*; id enim *puerperam* significat. Apud Hebraeos femina quae purgantur aut mentis recursu (quae dicuntur *ἀπαυδαμένην*, ut Levit. 15, 55, et 20, 18; Thren. 1, 4, 7; Isai. 64, 6; Ezech. 22, 10, et 36, 17, aut etiam *ἀπαυδαμένην*, ut Levit. 12, 2, et 13, 19, 20, 25, 26; Ezech. 18, 6, quia mos erat ut seorsum sederent, ne propinquitate noceret aliis) aut ex parvi, templo arcebantur; apud Babylonios vero tales feminae et templum accedebant, et debebant de victimis.

VERS. 29. — UNDE ENIM VOCANTUR DII? *Quid enim de causis dii vocantur? Quia mulieres apponunt diti. An quia mulieres illis diis apponunt, πρῶτος scilicet?*

VERS. 50. — ET IN DOMIBUS EORUM. Ita vocat quae ipsi templa. SACERDOTES SEDENT HABENTES TUNICAS SCISSAS. Nimirum quia qui à Babyloniis (ut et ab Aegyptiis) dii dicebantur, reverè erant homines mortui; idè eorum sacerdotes omnia praeferebant signa luctus, inter quae et vestem scindere: quod propterea sacerdotibus Hebraeis in luctu interdicitur, quò longius ab idololatrarum moribus dissiderent, Levit. 21, 10. ET CAPITA, ET BARBAM RASAM. Et hoc lugentium. Sed quia ab idololatratis in templis usurpat, vetitum in luctu sacerdotibus Hebraeis, Levit. 20, 5. QUORUM CAPITA NUDA SUNT. Sine tegmine. Hoc quoque lugentium, ut apparet Levit. 10, 6, et Hebraeis sacerdotibus pari de causis in luctu vetitum, Levit. 21, 10. *Luctum* cum dico, vocem eam propriè sumo, id est, ob mortem alicujus.

VERS. 51. — REGIUM AUTEM CLAMANTES CONTRA DEOS SUOS. *Apud deos suos miserabilè clamant*, nempe ob eandem quam dixi causam. Ad Aegyptium Lucanus:

Et quem tu plangens hominem testaris Osirim.

Vide 1 Reg. 18, 28. Sicut in CORNA MORTUI. Graecè: *Sicut in silicernis feri solet.* De quo vide Festum et Nonium. Graecum quae hic est vocem *νεφελικῶν* usurpat et explicat Hieronymus ad 16 Jeremiae.

VERS. 52. — VESTIMENTA EORUM AUFERENT SACERDOTES, idolorum. Simile habuimus supra 9.

VERS. 53. — NEQUE REGEM CONSTITUTE RE POSSUNT NEQUE AUFERE. Nam si talia facere possent, etiam se facturos praedicerent, ut Deus fecit. Vide hoc argumentum tractatum Isai. 44, 25, et 44, 7, et 48, 5.

VERS. 54. — NEQUE HOC REQUIRUNT, id est, vindicant, ut supra 6.

VERS. 56. — NEQUE NECESSITATE HOMINEM NON LIBERANT, in calamitate: nam id significat Graecum *ἐν ἀνάγκῃ*. Vide quae dicta ad Lucam 21, 25. Usurpat sic et Chaldaei

scribuntque ... ut videre est Gen. 22, 14, et 38, 25, Esth. 5, 1.

VERS. 38. — LAPIDIBUS DE MONTE SIMILES SUNT. Aequè immobiles. QUI AUTEM COLENT EA CONFUNDENTUR. Isa. 41, 11.

VERS. 40. — ADHUC ENIM IPSIS CHALDAEIS NON HONORANTIBUS EA. Praesertim cum et ipsi Chaldaei ista idola exponant contemptui, nempe postulando ab ipsis sapius quae vident non posse praestari. Ad BEL. Belum cojus eximium templum Babylone. Meminere Berosus, Abydenus, Hecataeus, Curtius. Quod Syri Phoenices dicunt baal, id Babylonii bel, litterà extritâ. Rex olim fuerat, sed consecratus in solem. Jovem tamen Graeci saepe interpretantur, quod inter deos Chaldaeorum principatum obtineret, et apud Graecos è Zeùs. POSTULANTES AB EO LOQUE. Vim loquendi muto concedi.

VERS. 41. — ET IPSI CUM INTELLEXERINT RELINQUENT EA. Melius in Graeco: Et non possunt illi (Chaldaei), cum hæc vident (sanari ab illis non posse corporum vitia) ea relinquere. Tantùm valebat mala consuetudo. SENSUM ENIM NON HABENT IPSI DI ILLORUM. Sensus enim nec ipsi habent, nempe qui colunt idola. Sensus communi carent: ex Ps. 115, 7, 8.

VERS. 42. — MULIERES AUTEM CIRCUMDATE FUNIBUS IN VHS SEDENT. De more Babylonicarum mulierum se in Veneris, quam Genitricem, vocabant, honorem vulgantium diximus ad Levit. 19, 29, ex Herodoto et Strabone. Funes illi non sunt zona virginea. Nam ad omnes mulieres, etiã nuptas, mos ille pessimus pertinebat. Neque funes hic sunt quod χειρὸς ἀνθρώπου apud Herodotum. Significat enim eo vocabulo Herodotus vias factas ad rectam lineam: ea quippe est vocis illius significatio. Et ille ipse sunt viæ quarum hic mentio. Sed erant funes illi signa per res (qualia multa frequentabantur apud orientis populos) ex quibus intelligebatur tales feminas esse voti reas. Omnis enim promissio vinculum vocatur. SUCCEDENTES OSSA OLIVARUM. Graec.: θυμωμένοι τὰ ἔλαια. Est ἔλαια vox Hebraea et aperturam significat. Id est quod nunc dixere Juvenalis, et in Comone Ausonius, θυμωμένοι τὰ ἔλαια est id quod suffire naturam dixit Plinius. Sirabo de Babyloniis, quoties coeunt suffus utuntur. Cur ergo ossa olivaram hic posuit interpres? Non quia olivæ quaedam πικρὸς dietæ ad Athenæo: eæ enim nomen id habent quod colore fuffuram referunt: sed quia legit τὰ ἔλαια, id est, τὰ ἔλαια. Epityrum est condimentum casei memoratum Plauto in Milite, Varroni, Catoni, Columellæ. Id autem Hesychius exponit succum expressum de olivis iustus post factum oleum.

VERS. 43. — ATTRACTA AB ALIQUO. Extra templum, ut nos docet Herodotus. NEQUE FUNIS EJUS DIRUPTUS SIT. Quid erat signum liberatæ voto: quod apud deam liberari dixit Herodotus.

VERS. 44. — OMNIA AUTEM QUAE IN ILLIS FIUNT FALSA SUNT. Vana quae fiunt circa simulacra. Vide supra 7.

VERS. 45. — A FABRIS AUTEM ET AURIFICIBUS FACTA SUNT. Isa. 40, 19, 20, et 41, 7, et 44, 12, 15; Jer. 10, 3; Os. 8, 6, et 13, 2. NIHIL ALIUD ERUNT NISI ID QUOD

VOLUNT ESSE SACERDOTES. Artifices in Graeco, id est, fabri illi et fusores.

VERS. 46. — NON SUNT MULTI TEMPORIS. Non diutius vivunt quàm homines alii, saepe et minùs ob metallo-rum vapores. ESSE DI, id est, immortales. Nemo dat quod non habet.

VERS. 47. — RELIQUERUNT AUTEM FALSA. Relinquant post se opera fallacia. ET OPPOBRIUM POSTEA FUTURIS. Nempe ubi Gentes ad verum Deum converterint: quod propheta futurum praedixerunt: quò et ea perineat quae infra 50 dicentur.

VERS. 48. — UBI SE ABSCONDANT CUM ILLIS. Ut Aeneas cum Trojae penatibus.

VERS. 49. — QUOMODO ERGO SENTIRI DEBEANT QUONIAM DII SUNT? Graeco: Quomodo ergo non percipiant istos deos non esse?

VERS. 50. — ET NULLUM DEI OPUS CUM ILLIS. In illis. Opus dixit pro virtute operativâ.

VERS. 51. — UNDE ERGO NOTUM EST QUIA NON SUNT DI? Sequitur interpres Graecum, quale nunc est: sed excidit negativa particula. Recta enim est lectio: Cui non appareat illos deos non esse?

VERS. 52. — REGEM REGIONI NON SUSCITANT. Repetit quae dixerat supra 53, et seqq.: Non constituent regem, quomodo Deus Davidem. NEQUE PLUVIAM HOMINIBUS DABUNT. Ut Deus Israel per Eliam.

VERS. 53. — JUDICIUM QUOQUE NON DISCERNENT. Ut Deus fecit contra Core et factionem ejus, et contra Achadem. NEQUE REGIONES LIBERABUNT AB INJURIA. Quomodo Deus Hierosolyma liberavit à Sennacheribo. QUIA NIHIL POSSUNT, SICUT CORNICULE INTER MEDIUM COELI ET TERRAE. Non plus valent quàm corniculae, quae et ipse, sicut simulacra, partim in terrâ, partim in aere versantur, sed neutrum valent immutare.

VERS. 54. — IPSI VERO SICUT TRABES IN MEDIO COEURENTUR. Ut diis Romanis accidit, exusto Veste templo.

VERS. 55. — REGI AUTEM ET BELLO NON RESISTENT, ET HABILIBUS, REGI HOSTES DUCENT.

VERS. 58. — ITAQUE MELIUS EST ESSE REGEM. Ita ut melior sit rex, et ita per nominativum Latine vertenda et sequentia. IN QUO GLORIAMUR QUI POSSIDET ILLUD. Quo utatur qui id possidet, ut securis, lebes, olla.

VERS. 59. — OBAUDIUNT. Deo egregium ministerium motu suo praestant.

VERS. 60. — SIMILITER ET FULGUR CUM APPARENT PERSPICUUM. Legit ut nos habemus, perspicuum est; sed puto legendum obsequens est: id enim et praecedentibus et sequentibus optimè congruit. IPSUM AUTEM ET SPIRITUS IN OMNI REGIONE SPIRAT. Idem ventus totam regionem perflat. Hebrais יתי סעפè est ventus: sic et πνεύμα Joh. 5, 8.

VERS. 61. — ET NUBES, QUIBUS CUM IMPERATUM FUERIT. Nubes, cum eis imperatum fuerit. Ita enim Latine reddes quod in Graeco est: Nubibus cum imperatum à Deo fuerit ire in orbem totum, faciunt (nempe illa): quod jussum est.

VERS. 62. — IGNIS ETIAM MISSUS DESUPER. Fulmen. UT CONSUMAT MONTES. Horatius:

Feruntque summos Fulmina montes.

LUGUBRIS:

Silicee ille petet Rhodopen, petet ignibus Oetam.

HEC AUTEM NEQUE SPECIEBUS NEQUE VIRTUTIBUS UNI EORUM SIMILIA SUNT. Illis similia sunt. Non soli, lunæ, astris specie, non nubibus, ventis, fulmini efficacità pares sunt.

VERS. 65. — NEQUE JUDICIUM JUDICARE. Vide supra 53.

VERS. 65. — NEQUE ENIM REGIBUS MALEDICENT, NEQUE BENEDICENT, id est, neque proderunt, neque nocent.

VERS. 66. — SIGNA ETIAM IN COELO GENTIBUS NON OSTENDUNT. Signa tempestatum, ut vergillie astraque alia.

VERS. 68. — Nullo itaque modo nobis est manifestum quia sunt dii. Nullo argumento apparet nobis hos esse deos.

VERS. 69. — NAM SICUT IN CUCUMERARIO FORMIDO NIHIL CUSTODIT. ἀστρα γὰρ ἐν κικυμῆρι προβάσκοντος οὐδὲν φύλασεν. Sed scribendum κικυμῆρι προβάσκοντος. VOX κικυμῆρι pro cucumerario exstat et Isa. 1, 8. Dici autem solere προβάσκοντος, non προβάσκοντος, docet nos

Phrynicus; qui tamen eam ipsam vocem ut minùs puram rejicit, vulgusque dici βαρβαροί. Vocabatur autem sic formæ quaedam ridicule valere creditæ ad avertendum fascino, ἐπὶ φέβου ἀκαρπύου, ut Pollux loquitur, producens Aristophanis eâ de re locum. Fures tãibus nugis non terrostrant.

VERS. 70. — ET IN HORTO SPINA ALBA. In Graeco non est alba, sed ἰάσπυρος. Sed spina albam usurpata adversus incantationes docet in Fastis Ovidius. Aves verò ista remedia non curant. SIMILITER ET MORTUO PROJECTO IN TENEBRIS. Qui tandem foetore se prodit.

VERS. 71. — A PURPURA QUOQUE ET MURICE. GREC.: ἀπὸ τοῦ πορφυροῦ καὶ τοῦ μαργαροῦ, sed legendum μαργαροῦ, quomodo margaritæ et apud Pausaniam et in Epigrammate Graeco vocantur. Alate cotumpiti margaritis salis constat. QUAE SUPRA ILLIS TENEAINT. Quae supra illos corrumpitur: nam et sic ἀπὸ τοῦ ὑσπαντῆς Graeci, et Sirach. 14, 20, Job. 40, 7. ISI ETIAM POSTREMO COEURENTUR. Coeurentur, id est, adederunt à carie post ornamenta sua. ET ERUNT OPPOBRIUM IN REGIONE. Nullos ultra honores accipient, sed extra conspectum amovebuntur.

VERS. 72. — NAM ERIT LONGE AB OPPOBRIIS. Nemo ei exprobrabit Deum carie corrossum.

PRÉFACE SUR ÉZÉCHIEL.

(BIBLE DE VENGE.)

I. Parallèle entre les prophéties d'Isaïe, de Jérémie, et d'Ezéchiel. Réflexions sur les prophéties d'Esaiel; mystères et instructions qui y sont renfermés. Ce prophète annonce le règne de J.-C. et l'alliance nouvelle. Ezéchiel réunit les deux grands objets qui ont principalement occupé Isaïe et Jérémie: Isaïe a été spécialement le prophète des miséricordes du Seigneur; Jérémie a été le prophète de ses vengeances; Ezéchiel est en même temps le prophète et de ses vengeances et de ses miséricordes. Le rétablissement des enfans d'Israël et de Juda au temps de Cyrus, c'est principalement ce qu'annonce Isaïe, surtout dans les vingt-sept derniers chapitres de ses prophéties; la désolation des enfans de Juda au temps de Nabuchodonosor, c'est principalement ce qu'annonce Jérémie; cette même désolation, ce même rétablissement, c'est ce qu'annonce Ezéchiel, et ses promesses s'étendent même encore beaucoup au-delà; elles regardent bien plus particulièrement le mystère de Jésus-Christ et de son Eglise, également annoncé par Jérémie et par Isaïe, en sorte que c'est particulièrement sur ce grand objet que ces trois prophètes se réunissent.

Les promesses que le Seigneur fait à son peuple par la bouche de ces trois prophètes, regardent spécialement le règne du Messie, dont Cyrus n'était que la figure; et les menaces que ces trois prophètes adres-

sent aux enfans de Juda rebelles contre le Seigneur et transgresseurs de sa loi, nous montrent ce que le peuple juif avait à craindre en se révoltant contre Jésus-Christ, et ce que nous avons à craindre nous-mêmes, si nous transgressons les préceptes de l'Evangile.

Deux fois Jérémie annonce que le Seigneur suscitera à David un gendre juste, un roi qui régnera avec sagesse, et qui gouvernera avec équité; et nous avons montré que ce roi n'est autre que le Messie, Jésus-Christ même. Deux fois Ezéchiel annonce ce même roi sous le nom de David; ou plutôt, c'est le Seigneur qui s'exprime lui-même ainsi par la bouche du prophète: Je sauverai mon troupeau; il ne sera plus exposé en proie, et je jugerai entre les brebis et les brebis. Je susciterai sur elles pour les paître le pasteur unique, David mon serviteur; lui-même aura soin de les paître, et il leur tiendra lui-même lieu de pasteur. Et moi qui suis le Seigneur, je serai leur Dieu; et mon serviteur David sera au milieu d'elles comme leur prince; c'est moi qui suis le Seigneur qui ai parlé. Cette même promesse, le Seigneur la répète: Je vais prendre les enfans d'Israël du milieu des nations où ils étaient allés; je les rassemblerai de toutes parts; je les ramènerai en leur pays, et je n'en ferai plus qu'un seul peuple dans leurs terres et sur les montagnes d'Israël... Mon serviteur David régnera sur eux; ils n'auront plus tous qu'un